



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Septem Illustrium Virorum Poemata

Amstelodami, 1672

In eundem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11215

Carmina tu nunquam laudas aliena ; quid ergo
Laudari quæris carmina , Rufe , tua ?

In eundem.

Non mea , quod velles , te laudant carmina , Rufe :
Ne tua me laudent carmina , nostra timent.

In Cantharum potatorem s̄apius agrotantem.

Post calices haustos toties , potamque salutem ,
Æger Apollineam , Canthare , quæris opem ;
Poçula dein redeunt , redit & medicaminis usus :
Hoc est , nolle bene , & velle valere bene.

In Podagram.

Bacchus & alma Venus quam progenuêre , Podagram
Miretur claudos ecquis habere pedes ?
Ebria quando trahit vestigia Bacchus , & hæret
Tardipedi Cypris confociata viro.

Adulatoris & corvi similitudo secundum illud Grac.
Epig. Ρώνη Λάριζα μόνον νοεγανε
νόλαναστε διησα.

Ecce νέλαξ νέρεγην quām concolor esse videtur ;
Hic niger est plumis , moribus ille niger .
Hic fronti rapit , ille animo sua lumina ; gaudet
Hic cruce ; suffigi dignus & ille cruci est.

Amicitia fucata.

Quisquis amicitiam jungis , ne fronte serenâ
Tincta venenato pectora felle tegas :

Plus